



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Svmmma Totivs Theologiae S. Thomae Aqvinatis, Doctoris Angelici Ordinis Prædicatorum

Secvndæ Secvndæ Partis Volumen Tertium

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Romae, 1619

Vtru[m] ieiuniu[m] sit actus virtutis? 1

urn:nbn:de:hbz:466:1-38803

706

*su. q. 146
a. 1. Et 4-
d. 15. q. 3
a. 1. q. 2.*

Vtrum ieiunium sit actus virtutis?

AD primum sic proceditur. Videtur, quod ieiunium non sit actus virtutis. Omnis enim actus virtutis Deo est acceptus. Sed ieiunium non semper est Deo acceptum, secundum illud Isaia quinquagesimo octavo, Quare ieiunauimus, & non aspexisti? Ergo ieiunium non est actus virtutis.

¶ 2 Præterea, Nullus actus virtutis recedit à medio virtutis. Sed ieiunium recedit à medio virtutis, quod quidem in virtute abstinentiæ accipitur secundum hoc, vt subueniatur necessitati naturæ, cui per ieiunium aliquid subtrahitur: alioquin non ieiunantes non haberent virtutem abstinentiæ. Ergo ieiunium non est actus virtutis.

¶ 3 Præterea, Id quod communiter omnibus conuenit & bonis & malis, non est actus virtutis. Sed ieiunium est huiusmodi. Quilibet enim antequam comedat, ieiunus est. Ergo ieiunium non est actus virtutis.

SED contra est, quod connumeratur alijs virtutum actibus, secundum ad Cor. 6. vbi Apostolus dicit, in ieiunijs, in scientia, in castitate, &c.

RESPONDEO dicendum, quod ex hoc aliquis actus est virtuosus, quod per rationem ordinatur ad aliquod bonum honestum. Hoc autem conuenit ieiunio. Assumitur enim ieiunium principaliter ad tria. Primò quidem, ad concupiscentias carnis reprimendas. Vnde Apostolus dicit in auctoritate inducta, In ieiunijs, in castitate: quia per ieiunia castitas conseruatur. Vt enim Hieron. dicit, Sine Cerere Baccho friget Venus; id est, per abstinentiam cibi potus tepescit luxuria. Secundò, assumitur ad hoc, quod mens liberius eleuetur ad sublimia contemplanda. Vnde dicitur Daniel. 10. quod post ieiunium trium hebdomadarum, reuelationem accepit à Deo. Tertio, ad satisfaciendum pro peccatis. Vnde dicitur Ier. 2. Convertimini ad me in toto corde vestro, in ieiunio,

*in argu.
sed con
tra.
l. 2. contra
Iovin. in
fr. 3. in
cupido a
prin. 2. 3.*

ni
in
ni
ca
mi
nu
dit
ali
qui
de
ni
tes,
piè
tas
erg
mor
dici
non
spe
ipso
A
non
rati
Rati
lem
sibi
cut
ope
ra: i
& b
de c
quia
paru
stum
duca
signi
subtr

nio, & fletu, & planctu. Et hoc est quod Aug. * dicit in quodam sermone de oratione, & ieiunio: Ieiunium purgat animam, mentem subleuat, propriam carnem spiritui subijcit, cor facit contritum, & humilitatum, concupiscentiæ nebulas dispergit, libidinum ardores extinguit, castitatis verum lumen accendit. Vnde patet quod ieiunium est actus virtutis.

Ad primum ergo dicendum, quod contingit quod aliquis actus qui ex genere suo est virtuosus, ex aliis circumstantiis adiunctis reddatur vitiosus. Vnde ibidem dicitur, Ecce in diebus ieiunij vestri invenitur voluntas vestra. Et paulo post subditur, Ad lites, & contentiones ieiunatis, & percutitis pugno impiæ. Quod exponens Greg. in Pastoralis * dicit, Voluntas ad læticiam pertinet, pugnus ad iram. Incassum ergo per abstinentiam caro atterritur, si inordinatis motibus, dimissa mens vitij dissipatur. Et Aug. in prædicto sermone dicit *, quod ieiunium verbositatem non amat, divitias superfluitatem iudicat, superbiam spernit, humilitatem commendat, præstat homini seipsum intelligere quod est infirmum, & fragile.

Ad secundum dicendum, quod medium virtutis non accipitur secundum quantitatem, sed secundum rationem rectam, ut dicitur in secundo * Ethicorum. Ratio autem iudicat, quod propter aliquam specialem causam aliquis homo minus sumat de cibo, quam sibi competeret secundum statum communem: sicut propter infirmitatem vitandam, aut ad aliqua opera corporalia expeditius agenda. Et multo magis ratio recta hoc ordinat ad spiritualia mala vitanda, & bona prosequenda. Non tamen ratio recta tantum de cibo subtrahit, ut natura conservari non possit: quia ut Hieron. * dicit, Non differt virum magno, vel parvo tempore te interimas: quia de rapina holocaustum offert, qui vel ciborum nimia egellate, vel manducandi, vel somni penuria immoderate corpus affigit. Similiter etiam ratio recta non tantum de cibo subtrahit, ut homo reddatur impotens ad debita opera per-

in serm. 230. de ieiunio. pore cir. prim. 10

p. 3 c. 20. parum in med.

** in ser. 230. de ieiunio. por. a prim. 10. 10.*

c. 6. 10. 3.

Refertur de conse. d. 5. c. Nā mediocris ser.

Refertur loco runc dicitur. peragenda. Vnde dicit Hier. * quod rationabilis homo dignitatem amittit, qui ieiunium charitati, vel vigiliis sensus integritati præfert.

Ad tertium dicendum, quod ieiunium nature, quo quis dicitur ieiunus antequam comedat, consistit in pura negatione: vnde non potest poni actus virtutis; sed solum illud ieiunium, quo quis ex rationabili proposito à cibis aliquo modo abstinet. Vnde primum dicitur ieiunium ieiuni: secundum verò ieiunium ieiunantis, quasi ex proposito aliquid agentis.

ARTIC. II.

Vtrum ieiunium sit actus abstinentie?

Ad secundum sic proceditur. Videtur, quod ieiunium non sit actus abstinentie. Quia super illud Math. 17. Hoc genus demoniorum, &c. dicit Hieronymus. * Ieiunium est non solum ab escis, sed à concupiscentiis abstinere. Sed hoc pertinet ad omnem virtutem. Ergo ieiunium non est actus, specialiter abstinentie.

¶ 2 Præterea, Gregorius dicit in homil. quadragesima, quod ieiunium quadragesimale est decimas totius anni. Sed dare decimas est actus religionis, non supra habitum est. Ergo ieiunium est actus religionis, & non abstinentie.

¶ 3 Præterea, Abstinentia est pars temperantie, ut dictum est. Temperantia autem contra fortitudinem diuiditur: ad quam pertinet molestias sustinere, quod maxime videtur esse in ieiunio. Ergo ieiunium non est actus abstinentie.

SED contra est, quod Isidorus dicit, quod ieiunium est parsimonia victus, abstinentiaque ciborum.

RESPONDEO dicendum, quod eadem est materia habitus, & actus. Vnde omnis actus virtuosus est circa aliquam materiam, ad illam virtutem pertinet, quæ medium in illa materia constituit. Ieiunium autem attenditur in cibis, in quibus medium adhibetur abstinentie. Vnde manifestum est, quod ieiunium est abstinentie actus.

707
4. d. 15. q.
3. a. 1. q.
3. per to.
et q. 5. ad
2. et quo.
3. ar. 12.
ad 1.
* Hoc pri
mò dictū
habet for
maliter
Sed mar
tyr 9. c.
38. secun
dum eius
ord. 10. 2.
¶ gl. or.
in hoc lo
co, & ha
berur de
conf. d. 5.
s. 25. inc.
ieiuniū
autem.
† Ho. 16.
in euāg.
a. me. 1.
* 1. 2. q.
87. a. me.
refertur
de conf.
d. 5. r. 16.
† q. 14.
es q. præc.